



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**VRBIS|| HIEROSOLIMÆ|| QVEMADMODVM EA CHRISTI||  
tempore floruit, & suburbanorum eius brevis.||  
descriptio.||**

**Adrichem, Christiaan van  
Coloniae Agrippinae, 1585**

**VD16 A 298**

Loci Ad Septent. Vrbis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64394)

256.

*Mat. 28. b.**Breiden. 12.**Iul. a.**Pasc. d. 181.**Breui. Rom.**in hymn. Tri**stes erant A**postoli.**Marc. 16. c.**Luc. 24. b.*

**H**ic Christus mulieribus ab eius sepulcro Hierosolymam regredientibus occurrit, easque salutauit: quæ amplex se & osculatae pedes eius, adorauerunt eum.

257.

**H**ic Christus, peregrini forma cum duobus discipulis Emanualem iuit: eisque inter eundem Moyfi & omnium Prophetarum scripturas in se impletas, interpretatus est.

LOCI AD SEPTENTRIONEM VRBIS.

258.

*4. Reg. 25. a**Iere. 1. c. 39**a. 52. a.*

ASTRA CHALDAEORVM. ab hac aquilonari vrbis parte Nabuchodonosor rex Babylonis & Chaldaei Hierosolymam oppugnauerunt & expugnauerunt.

CAS.

## 259.

**C**ASTRA ROMANO-  
RVM. quæ vosita erant inter  
turres muliebres & Psephinam  
turrim. Ab hac parte, eaque tri-

no muro circumdata, (qua sola vrbs  
expugnari poterat, cum aliàs per cir-  
cuitum vnus licet validi muri ha-  
bens ambitum, in petrosis ac prærup-  
tis rupibus posita, vallibusque inuijs  
cincta, inexpugnabilis esset) Titus &  
Romani Hierosolymã oppugnarunt.

ac primò quidem expugnarunt mu-  
rum primum, qui & exterior ac terti-  
us vrbs murus erat. deinde murum  
secundum. Post murum tertium, qui  
& antiquus dicebatur. Tum Antoni-  
am arcem. Postea templum, quod in-  
star castri munitum erat. Postremò  
autem montem Sion, omnium muni-

tissimum. Ab eodem quoque latere  
cum Christiani urbem oppugnarent,  
Godefridus de Bullion iuxta Portam  
Ephraim primus murum transcendit  
& suis cum fratribus ac socijs mox por-  
tam aperiens, urbem cepit. Quam eti-  
am Seraceni eadem parte obfidentes, à

à Chri-

*Iose. 6. bel. 2*

*3 5. 6. 7. 8. 9*

*10. & 7. bel.*

*1. 2. 4. 9. 10.*

*15. 16.*

*Vuilh. Tyr.*

*bel. sacri lib.*

*8. c. 5. & 18.*

*Cōtinuatio.*

*bell. sacri lib*

*1. cap. 7.*

à Christianis extorserunt.

260.

*Ierem. 31. g.  
Hier. in loc.  
Hebr. lit. G.*

**C**OLLIS GAREB: qui iuxta  
Ierusalem ad boream situs est.

261.

*Ios. 6. bel. 13*

**E**REBINTHONICVS vicus  
septentrionalis.

262.

*Ios. 6. bel. 2.  
4. 7.*

**H**ORTI & prædia, maceris ac  
sepibus munita. vbi Titus vr-  
bem exploraturus, periclitabatur.

263.

*Iose. 20 ant.  
23 & 6 bel.  
2. 5. 6.  
Euse. 2. hist.  
eccl. 12.  
Hier. tom. I.  
epist. 27. ad  
Eustoch.*

**M**A VSOLEVM HELE-  
NAE, Adiabenorum regine,  
(quæ Hierosolymitanis famæ  
laborantibus frumento suc-  
currit) ab ipsa versus boream tertio ab  
vrbe stadio, tribus pyramidibus mag-  
nificè extructum. in quo sepulta est  
cum Izate filio suo. quod tempore  
Eusebij atque Hieronymi etiamnum  
extabat.

264.

*Ios. 6. bel. 13*

**M**ONS SEPTENTRIONA-  
LIS.

LOCI AD SEPTENT. VRBIS <sup>219</sup>

LIS. vbi Pompeius castra posuit.

265.

MONVMENTVM HERO- *Aët. 2.*  
DIS Agrippæ, qui ob animi *Ios. 19 ant 8*  
elationem ab Angelo Domini percus- *& 6. bell. 4.*  
sus, à vermibus cōsumptus expirauit. *13.*

266.

SAPHA, Græcè Scopos, id est, spe- *Ios. 11. an. 8.*  
cula Locus est versus septentrio- *& 2 bel. 24*  
nem septem à ciuitate stadijs distans; *& 6 bel 3. 4*  
sic nominatus, quòd ibi vrbs templū-  
que conspici poterant. Hic Iaddus  
pontifex pontificali, & sacerdotes sa-  
cerdotali cultu, atque omnis populus  
albis vestibus induti, occurrerunt  
Alexandro Macedonum Regi ob mag-  
nitudinem rerum gestarum Magnus  
appellatur) occurrerunt cū ad de-  
struendam Ierusalem cum exercitu  
veniret. Quem sic ornatum videns A-  
lexander, mox deposito furore sup-  
plex Dei nomen, quod in rationali  
pontificis aureis literis fulgebat, ado-  
rauit; pontificēque veneratus est. De-  
inde urbē ac templu ingressus, victi-  
mas Deo immolauit, & magna Iudæis  
priuilegia concessit. Ibidē etiā Cestius  
& Titus prima sua fixerunt castra.

267.

*Ios. 6. bel. 4. & 7.***SILVA** frugifera, quam Titus excidit.

268.

*Ios. 6. bel. 4.***STAGNUM** serpentium, quod Solim Bethara, vocabatur.

269.

*Bro. iti. 6. b.***VIA**, per quam in Samariam & Galilæam iter erat.

270.

*Neem. 3. c.***VCVS IERUSALEM**, cuius in Neemia fit mentio.

## OPERIS CONCLUSIO.

**H**AEC sunt, Christiane Lector præcipua & insigniora Hierosolymæ vrbiū quondā clarissimæ tēpliq; augustissimi loca: ex quorum colloca-tione reliquorum situm facile cognoscere poteris. Itaq; si quid rectè delineatum aut descriptum à nobis est, Deo Opt. Max à quo bona

LOCI AD SEPTENT. VRBIS. 221

bona cuncta fluunt, tribuatur gloria:  
si quid verò perperam, meæ hoc im-  
putetur imperitiæ, non malitiæ; qui  
cum aurum, argentum, gemmas uel ad  
templi ornatum dare non potui, sin-  
cero corde ad Ecclesię illustrationem  
parum olei offero, Confidēs gratum  
id fore, tūm Christo, qui uiduam pecu-  
perem duo minuta dantem pro-  
bauit: tūm veris Christianis,  
quos à Christo capite  
non decet esse de-  
generes.  
Vale.

C A.